

## Tempore

Qui vero precepta dei accepit debet attendere si contra aliqd illo tempore peccauit et hec est quarta hora. Debet enim homo sollicitus apud semetipsum confiteri de obseruantia mandatorum dei et studiose perscrutari uenerunt si contra aliquod illorum deliquerit. Quicumque enim offendit in uno factus est omnium reus propter quod dicitur Iacobus. Quicumque totam legem seruauerit. offendit autem in uno factus est omnium reus. Si vero inuenierit homo se contra mandata dei peccasse debet etiam peccati uilitatem considerare. ut peccatum eo fortius detestetur. et hec est quinta hora. Omnibus enim secundum diuinitatem est peccatum. unde dixit Seneca philosophus. Si scirem deos ignoscituros homines autem ignoraturos a deo uile est peccatum quod peccatum dedignarer. Qui igitur uilitatem peccati considerat. debet etiam strictissimi iudicii memorari. et hec est sexta hora. Apud quem enim tunc peccati uilitas inuenta fuerit inestimabiliter confundetur. de hac confusione dicit Ieremias. Quod confunditur fur quando deprehenditur. sic confusi sunt domus israel et mali christiani. Qui igitur strictissimi iudicii recordatus fuerit cum effectu. necesse est ut pro peccatis suis et grauissima dei offensione doleat ac acriter iteretur. et hec est hora septima in qua eterne salutis anima que colebat uilitatem peccatorum de cetero contritione eorum plenarie habet. de hac hora dicit Iohannes. in hodierno euangelio. Hec hora septima reliquit eum febris uiz auaricie et luxurie. Per auariciam quippe filius hominis. anima siue spiritus eius frigus patitur inordinatum. Per luxuriam etiam calore exardescit inordinatum. Qui autem uere contritus fuit reliquit eum ista febris. Contritio uero ut plenam uirtutis sue adsequatur effectum debet habere duos comites uiz purissimam confessionem et uoluntariam satisfactionem. Rogate ergo fratres domine deum quod sic pro peccatis nostris iteremur ut uitam eternam assequi mereamur. Quod nobis etc.

### Dominica vicesimasecunda. Sermo. lxxvi.

Cum cepisset rationem ponere oblatum est etc. Mat. 18. Qui sunt serui huius potentissimi regis declarat Remigius dicens. Per seruos huius hominis regis designantur omnes homines quos deus ad laudandum se creauit quibusque nature legem dedit. cum quibus rationem ponit quando uitam et morem et actus singulorum discutit ut unicuique secundum quod gessit tribuat. Quis autem obligetur. 10. milia talenta ostendit beatus Augustinus dicens. Lex in 10. preceptis emendatur. ille debebat decem milia talenta per quem omnia peccata que contra legem sunt fiunt. Cum ergo rex cepisset etc.

**Q**uoniam cepisset homo rex rationem ponere cum suis suis oblatum est ei unus qui debebat decem milia talenta Mat. 18. In presenti euangelio. 4. sunt notanda. Primum est quid pro hominem regem qui rationem cum seruis suis posuit intelligat. Secundum est quid